Runolphus Jonæ:

Grammaticæ Islandicæ

Rudimenta.

RECENTISSIMA ANTIQVISSIMÆ LINGUÆ SEPTENTRIONALIS INCUNABULA

Id est

GRAMMATICÆ ISLANDICÆ RUDIMENTA

Nunc primum adornari cæpta & edita

Per

RUNOLPHUM JONAM

Iſlandum.

Thorodus Theodori possidet 30. April. 1722

HAFNIÆ, Typis Expreſſit PETRUS HAKIUS,

ANNO M. DC. LI.

HEROI

PERILLUSTRI, GENEROSO, STRENNUO

DN. JOACHIMO GERSTORF,

Toparchæ in Tundbyholm/ Eqviti Aurato, Regni Daniæ Senatori Amplissimo, & Sereniss. Reg. Maj. Vicario Magno,

Nec non

VIRO

Genere, Virtute & insigni eruditione Nobilissimo

DN. OTHONI KRAG

Domino de Woldbierig/

Arcis Beblingensis Præsidi honoratissimo, & S. R. M. Secretario Summo,

Dominis, fautoribus & Mæcenatibus meis devotissimè colendis

Salutem & benedictionem à DEO temporariam & æternam precor



EXtorris Patriæ finibus & jam Septingentorum præter propter annorum exilio mulctata Septentrionalium gentium antiqvissima

lingua, ad pedes Vestros, *Viri Illustres & Generosissimi*, humilis provolvitur. Ad vos ab ultimâ Thule Nominis Vestri splendore pridem collustratâ, sui exulis sede & unico solamine supplices attollit voces: precesq; coram G. V. devotissimas fundit: dignemini se tam multis retrò seculis à suis neglectam & tantum non ludibrio ac despectui habitam favoris Vestri ac benivolentiæ aurâ recreare ac refocillare. Immeritò enim ejectam se natalis nutricijq; soli dulcissimis pomærijs gemebunda qveritur. Nec qvid mentis fuerit florentissimæ patriæ Inclitis Proceribus animum inducere potest, qvod se tam comptam, tam heroicam, tam facundam Aspasian, qvippè qvæ res Principium suorum magnificè & cum laude gestas, partim scriptorum chartaceorum, partim Cipporum & columnarum æternis monumentis celebrare & ab interitu ac oblivione strennuè vindicare deprehenditur, tam inconsultò (veniam tamen huic verbo, qvod dolor extorsit, petit) repudiârint, & velut capite censam exspirare jusserint. Hujus causæ, qvod confidit, justissimæ patrocinium in vos suscipere ne gravemini, *Heröes Incliti*, anxia suspirat. Neqvaqvam verò eò insolentiæ aut temeritatis procedit, ut revocari se, aut pristinæ dignitati restitui vel sperare vel optare ausit. Meritis & innocentiæ suæ, adversus obstrigil-

lan-

lantium linguarum mordaces offucias, à qvibus ne nunc qvidem in extremum mundi angulum relegata, libera eſt, tutelare aſylum ut præſtetis, ſubmiſſa precatur. Cujus voti certè audaculi at honeſti ut compos evadat, ego meas etiam preces ſuppliciter adjicio: Et qva poſſum animi ſubmiſſione à G. V. contendo, patiamini illuſtria G. V. Nomina his pagellis præfigi, nec grave ducatis hæc, qvæ G. V. humillimè offero & inſcribo, *Linguæ Septentrionalium Antiqviſſimæ* ad has velut *cunas Grammaticales*, redactæ & revocatæ, prima *Rudimenta* ac qvaſi νηπίαν humanitatis Veſtræ & favoris nutricatu benignè fovere, meisq; conatibus Benivolentiæ V. favonio adſpirare. Ego viciſſim nunqvam ceſſabo æternum DEUM precibus ſollicitare, ut Illuſtres G. V. multum diuq; ſalvas, incolumes, felices in horum Regnorum perpetuum bonum conſervet. HAFNIÆ Kalend. Dec. ANNI M. DC. LI.

Illuſt. Generoſ. V.

Devotiſſimus
Cultor &
Cliens

RUNOLPHUS JONAS
Iſlandus.

Benigno Lectori Salutem.



Um ante biennium in ludo literario patriæ Borealis linguarum Latinæ & Græcæ initiјs, qvæ Grammaticalia in Scholis dicuntur, juventutem patriam imbuerem, ibidemq; pro juniorum captu, Scriptores Romanos, Ciceronem, Terent. Virg. Horat., aliosq; vernacula lingua exponerem, verum esse deprehendi qvod vulgò dici solet: Nos docendo discere: *Etenim cum crebrò dictio Romana in nostram, nostraq; vicissim in Romanam vertenda esset, mox mira qvædam linguæ maternæ ubertas & elegantia, antè mihi non observata, eluxit. Sumus enim plerunq; eorum, qvæ à natura ipsâ hausimus, incuriosiores: nec causas rerum rationesvè scitamur, qvæ ab ineunte ætate, unâ cum lacte materno nobiscum qvasi cöaluere. Habet enim maximæ evidentiæ instar insitum Naturæ dictamen. Hac verò occasione cum tàm accuratas concinnasq; vocum inflexiones, tam elegantes constructionum modos, tam exqvisitos verborum delectus, tam miram sententiarum varietatem, tam deniq; insignem figurarum vim ac splendorem in lingua patria animadverterem, ut neutri illarum gravitate, neutri venustate cedere videretur, cæpi vehementiùs mirari, qvî factum sit, qvod è tot præstantibus ingenio & eruditione viris in hac lingua & natis & egregiè versatis, nemo de eâ qvicqvam insigne literis prodidisset: Cum & vastissimum bujus materiæ copia sufficiat oceanum, per qvem judicij pariter ingeniјq; velis latissimè vebi potuissent, & nihil commendatius babere debuissent, qvàm ut linguam patriam illustrandam susciperent. At verò videre mibi videor tantis viris ab ingenio & arte paratis*

qvid

qvid obstiterit, qvo minus & commodo patriæ hac in parte deservierint & gloriæ. Nimirum prævidisse credo oleum operamq; perditum iri. Paucos enim præsertim inter exteros fore, qvi ejusmodi lucubrationibus delectarentur; ac proinde famæ suæ nominisq; celebritati haud parum derogaturam Lectorum paucitatem. Mihi verò diligentiùs rem pensitanti, ista excusatio ad negandum ornandæ patriæ officium haudqvaqvam sufficere videtur. Qvanqvam enim maximum fructum laborumq; velut solatium ex eo capiant eruditi, qvod sua scripta à multis & legi & probari intelligant, pæniteatq; industriæ, qvoties diversum evenerit; nihil tamen pereqvè curandum existimavi. ac ne nostra culpa occidant, qvibus æternitas debetur. Si qva alia, certè hæc nostra lingua talis est, qvæ sua Majestate meruit ab interitu vindicari. Nihil enim copiosius, nihil elegantius, nihil accuratius vidi. Qvibus ego motus qvod non solum in Hebræa, Græca, Latina dudum viri docti; sed recens etiam in Germanica, Italica, Gallica, Anglica, &c. præstiterunt, id in vernaculâ, licet impari successu, tentavi. Voces magno & indigesto numero in unum collectas sigillatim examinavi. Qvæ similis erant inflexionis, ad unam Declinationem retuli, anomalias exceptionibus reservavi. Et qvia qvadruplicem inflexionum differentiam esse deprehendi, qvatuor mihi natæ sunt Nominum Declinationes. Erant tamen hæc adhuc omnia, valdè imperfecta, rudia, inconcinna, ut solent præformari pictorum prima lineamenta. Verùm hoc inceptum variæ occupationes interruperunt, & in primis necessitas qvædam, qvæ mihi tum fortè injungebatur, Academiam hanc Regiam Hafniensem, Athenas illas Danorum, revisendi. Qvæ res meum institutum adeo perturbavit, ut omnes de eo cogitationes antè susceptas animo abjicerem. Intereà loci non defuerunt magni nominis & auctoritatis viri, inter qvos, qvod honor & merita eorum postulant, primo loco mihi nominandi sunt

Viri Admodum Reverendi, Clarißimi & Excellentißimi, DN. D. OLAUS WORMIUS, Facultatis Medicæ in alma Hafniensium Academia P. P. & DN. M. THOMAS BANGIUS Sanctæ linguæ ibidem P. P. Viri in omni antiqvitate versatißimi, qvi huic meo conatui album adjiciebant calculum, monebantq; ut in proposito strennuè progrederer, qvodq; studioso animo inchoavissem, constanti & magno absolverem. Qvid facerem? Avolârant priores conceptus, eoq; minus sui reliqverant, qvo minores egerant in mente radices. Novum igitur & anteà non tentatum aggressurus videbar. Sed qvia tantis viris tam honesta jubentibus non parere summæ inbumanitatis & inertiæ videri poterat, suscepi tandem hanc provinciam, & ad recolligenda, qvæ ante in chartas dissolutas sparsim conjeceram, me applicui, adjectivorum motionibus, verborum conjugationibus auxi, reliqvas etiam orationis partes strictim persecutus, ne qvid Etymologiæ ad sui integritatem deesset. Qvæ nunc omnia Tibi, Lector Candide, his pagellis exhibemus, illaborata qvidem & impolita, utpote qvibus ultimam limam adhibere festinatio non est passa; sed (ut spero) talia, qvæ alios longo hactenus otio indormientes excitare poterunt. Nec mihi metus est ne paucos aut fortè nullos habiturus sim lectores. Nam hos forsitan aliqvos qvanqvam non materiæ tamen novitatis gratia dabit. Nunc qvid in hac editione observari à Te velim, lector humanißimæ, paucis accipe. Ac in primis qvidem humanitatem T. latere non debet, qvod litera Alphabeti nostri ultima, olim thuß *hodiè* thorn *appellata, qvam Pag. 2. descripsimus, in Typographia, qva in hoc opusculo excudendo usi sumus, non extiterit, ideoq; loco ejus* Þ *Danicum vel Germanicum usurpare necesse habuerimus. Non qvod* Þ *nostro* thorn *valore respondeat, sed qvod figurâ ad id qvàm proximè accedat. Ubicunq; igitur* Þ *Danicum impressum extat,* thorn *legi debet, exceptis his, qvæ seqvuntur, locis:*

Pag. 7.

Pag. 7. Col. 2. in voce gnypa/ lege non thorn sed P. Sic pag. 8. in kaapa/ Ibid bis in voce kiertapypa/ ibid. Col.2. bis in pypa/item in omnibus his voculis ab initio, Pitla/ Pilsa/ Pyla/ Plaga/ Puta/ Peisa/ & in medio in Riupa. pag. 10. in Greyp/ pag. 14. in Pysl & Sperm. pag. 15. in Greip declinata. pag 18. in voce Spaung multoties repetita. pag.19. & 20. in Andvorpun. pag. 21. in Spaung. pag. 23. in Skip & Spioot. pag. 24. in Spad / Spialld & Sprund. pag. 25. in Kompaan & Spil. pag. 26. in Beyn. pag. 27. in gripur/glæpur/gloopur/huolpur/laupur/& bis in koppur & kroppur. pag. 28. Pilltur/ Pittur/ Prestur/ Peningur/ Puntur/ Psalmur/ Strypur/. bis in Sloppur/ pag. 29. in Par & Spor. pag. 30. Pills. pag. 31. bis in hueppe. pag 32. semel in Spie & bis in Trippe.pag.33. Plagg.pag.34 in Sparlak & Prym.pag.35.in Skip & omnibus XXI. Paradigmati in P subjunctis, ut Draap/ Geip/ Grip/ &c. In voce autem Prep thorn ab initio legendum est, P verò in fine.Ibid.in Spioot. pag.36. in Lierept/ Pliit & Spott. pag.39 in Skip & ter in Pappyr/ item in Spie. pag. 42. & passim alibi in Skapur cum compositis, ut Klook Skapur/ Straakskapur/ &c. pag. 45. Prestur. pag. 47. in Spoorn. pag. 48. in Speigell. pag. 50. in Prestur. pag. 55. in Ape. pag 56. bis in Kappe: Item in Lampe & ab initio in Penne/ Poke/ Prackare/ Puke/ in medio autem in Raupare. pag. 57. in Rope/ Spade/ Spooe/ Spore/ Sope/ bis in Tappe. pag. 61. in Greipenn. pag 62. in Skiped & Spiooted/ pag 66. in Dapur & Apur. pag. 67. in Bopnadur. pag. 69. in Dapre. pag 73. in Spurull. pag 77. in Dapur. pag. 80. bis in Bpphriggiadur & semel in Bopnadur. pag.81. in Apur & Prettviis. pag 89. in Dapur. pag. 94. in Draap/ hroop/ bis in Kapp/ Semel in Raup. pag.95. in Spad/ Spie/ Spott. pag. 96. in Skipte/ Spioll/ Spensl/ Skep. pag. 97. Prestur/ Paase/ Gerpe/ Spracke. pag. 98. Spanster. pag.121. in Prenta. pag.122. in Packa & Skapa. pag. 124. in Kaupe. pag. 125. in Pyne. pag. 126. in Spille & Sperre. pag.127. in Gape. pag. 130. in Spy & Kryp. pag. 138. & seqventi in verbo Gryp/ pag. 142. in Sprynq. pag.144. in Spinn/ Drep/ Slepp/ Lep/ Dryp/ Krip/ Sip/ Gryp/ Klyp/ Hleip. pag 145. in Sprett. pag. 148. in Spir. pag.150. in Hleip. pag. 151. in Drep/ Kryp/ Syp/ Gryp/ Klyp/ pag. 153 in Slæpist & Slæpte. pag. 157. in Drepande / Drepenn. pag. 158. in Kriupa.

b pag.

pag. 159. in Sprÿng/ Spinn/ Klÿp/ Krÿp/ Drepenn & bis in Slepp. pag. 161. Ÿppe/ Ÿpp/ Ÿppeffter. pag. 162. Diupt. pag. 165. Ÿppa. pag. 167. Ÿppaa.

Deindè cave heic expectes accuratam vocum Islandicarum interpretationem, qvarum non exiguum numerum ideò paßim inseruimus, ut in promptu essent exempla, in qvibus inflectendis & ad regulas applicandis linguæ nostræ studiosus se exerceret. Reperiuntur enim inter eas permultæ, qvæ plurimas admittunt significationes. Qvarum unam aliqvam, plerumq; tamen propriam & primariam adduxisse satis putavi. Neq; enim Dictionarium scribere animus erat.

Ad extremum per candorem Tuum, mi lector, perq; Christianam, qvam Tibi cordi esse nullus dubito, caritatem Te rogo, sicubi in hoc Proplasmate à me peccatum esse deprehenderis, velis hoc non tàm incuriæ meæ qvam imbecillitati humanæ imputare. Neq; enim omnia ad hanc vel illam Regulam spectantia primo intuitu circumspicere potui, utpote nullis pravijs vestigijs adjutus, qvorum ductu hæc avia & deserta confragosa eluctarer. Qvô factum, ut δευτέραι φροντίδες *sapè ea suggererent, qvæ priori loco fuissent ponenda. Qvod si qvis se hisce vilibus & imperfectis multo elaboratiora præstare posse aut potuisse contenderit, ei non multùm refragabor, contentus, si his columbulis nostris inter Aqvilas suas concesserit pennas. Bene Vale, Lector Candide, & mihi in spem gratiæ Tuæ, omnia honesta aggredi parato, favere perge. Hafniæ Pridiè Nonas Decemb. Anno Domini* CIↃ IↃC LI.

RUNOLPHUS JONAS
Islandus.

VIRO

VIRO

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO

DN. M. RUNOLPHO JONÆ ISLANDO

Grammaticam Islandicam sive

Runicam in lucem emittenti,

Amico suo ceu fratri conjunctissimo.

NUper sunt campi, silvæ, vallesq; loqvuti,
Mirandosq; sonos fuderunt horrida saxa:
Substitit attonitus, phaleratis vocibus, orbis,
Runisq; ex primo, stupuit, redeuntibus ævo,
Ergo qvid fiet, priscas dum flectere RUNAS
Noster RUNOLPHUS, veterisq; imponere leges
Vocibus aggreditur linguæ? Sic Hecla diserta
Redditur: Horrisonus concinnas edere voces
Cogitur & discit Boreas: Sic Æqvora linguas
Produnt facundas: Et mox immania cete,
Vel qvicqvid mutum gelidi genuere Triones
Cultæ, grata dabunt, & dulcia signa loqvelæ.

M. JANUS JANI BIRCKERODIUS.

IN

GRAMMATICAM ISLANDICAM

Seu

SEPTENTRIONALEM

Opera & Studio

Clarißimi viri & amici Conjunctißimi

DN. M. RUNOLPHI JONÆ ISLANDI

Adornatam & in lucem Editam

EPIGRAMMATION.



Iror Hyperboreo constrictam frigore linguam

Nuper Gorgoneis incaluisse vadis!

Plusqvam Cimmerijs Thulense idioma tenebris

Immersum, Latiæ lucis honore micat.

Id Tibi, Castalidum decus, ô RUNOLPHE Magister,

Debebit laudis, si *Crymogæa* sapit.

SVENO JONAS ISLANDUS Ecclesiæ Bardensis in Boreali Islandia Pastor.

Ad

Ad

Virum Clarissimum & Excellentissimum

DN. M. RUNOLPHUM JONAM ISLANDUM;

Qvondam Præceptorem meum, multis nominibus honorandum,

Grammaticam Islandicam publici juris facientem.

IN mundo nihil esse novum proverbia dicunt:
Grammaticam tamen hanc qvis neget esse novam?
Non illam veterum viderunt secula, qvanqvam
Florebant multis tempora prisca libris
Scilicet hæc calamo natales debet & ortus,
RUNOLPHE, at laudes lingua Boræa tuo.

Debitæ benevolentiæ & grati animi ergo hæc pauca scripsi

GISLAUS THORLACIUS Islandus.



Ad Reverendum & Clarissimum Virum

DN. M. RUNOLPHUM JONAM ISLANDUM.

INvisi Musis antiqvæ fædera linguæ
Qvi rumpunt, veterum qvæ canit acta virûm.

Sed Charites claros celebrant, qvi grammata priſci
Reſtituunt ſecli, munera grata probis.
Præ multis alijs felix Iſlandica lingua!
Qvam caneſcentem nunc tua penna novat.
Tu felix proles Patriæ, præclare Magiſter,
Qvi Patriæ linguam, corde, RUNOLPHE, foves.
Es, RUNOLPHE, tuæ non ultima gloria gentis,
Diceris & Patriæ magna columna tuæ.
Ut Patriæ laudem, ſic affers commoda multis,
Doctæ qvod præſens indicat artis opus.
Jam celebris, fuerit qvò ſparſa Iſlandica lingua,
Es, canet & laudes frigida Zona tuas.
O DEUS! autoris longùm duc ſtamina vitæ!
Solvat ut ingenij munera plura ſui.

Amico ſuo plurimum venerando boni ominis ergò, adſcripſit

SEBASTIANUS CLAUDII, Stabel. Norveg.

Vog=

Vøggukuæde
G. A.
Yfer

Ellereisum Norrænunnar.

Æskann var allgod/ aller meiga sia/
Eru nu komnir elledagar/ann jeg mier vid Pa.

I.

Hier i Vøggu heilla jödid/ Heitir riettast edla blodid/ung og gømul fegurst fliodid/ filgir Piod/ æskann var allgod/ enn nu gefur hun af sier hliodid/yfir bernsku klagar/ ad sieu komnir Ellidagar / Virkuglega vara skodid/vakrar hvar hun fer/ Vid Elledaga ann hun sier/ Jmundangs hofi mælsku rodid/ meiga standa sia/ Eru nu komnir Ellidagar ann jeg mier Vid Pa.

II. Oska jeg henne alla iafna/upp ad vaxa og vel ad dafna/sinnar modir sie hun nafna/ suinn og fröd/ æskann er allgod/ Enn Po Skipti Vmm Skut og stafna/Skartsamlega hagar / E. N. K. E. O. Melludætur meiga kasna/ metnad Ecki ber/ V. E. O. A. H. sier/ Erfinginn Skal audi safna/ odrum bægist fra/ Eru nu kommir Elli dagar ann hun sier Vid Pa.

III. Niöttu bædi auds og ásta / Elsta modir barnid skasta/ Alldrei Prioti Vnann dasta/Vmm indis siod/æskann sie allgod/ Af sie bedinn Pucrud Prasta/Peirra sem Pig bagar/ Vmm Pad koma Ellidagar / Hier ma hverfa mærdinn madsta/ mal Puier/Vid Ellidaga ann hun Sier/ Sudraduggann sockur hlasta sundi a/ Enn Po komi Ellidagar ann hun sier Vid Pa.

L. AN-

L. ANNÆUS SENECA.

Nat. Q. Lib. VI. Cap. 5.

Plurimum ad inveniendum contulit, qvi ſperavit poſſe reperiri. Cum excuſatione itaq; veteres audiendi ſunt. Nulla res conſummata eſt, dum incipit. Neq; in hac tantum re omnium maxima atqve involutiſſima, in qva etiam cum multum actum erit, omnis tamen ætas, qvod agat inveniet; ſed in omni alio negocio, longè ſemper à perfecto fuere principia.

M. FABIUS QVINTILIANUS


Lib. 1. Inſtitut. Oratoriarum Cap. 6.

Vetera Majeſtas qvædam, &, ut ſic dixerim, religio commendat.

Mendas in hoc opuſculo à nobis animadverſas
Benignus Lector ita emendet

Pag. 5. Indecinabiles lege Indeclinabiles. pag. 36. Bro *lege* Brøt. *pag. 54 Oonia lege omnia. pag. 84.* Snikualſtu *lege* Snikulaſte. *Ibid.* Vænaſtu *lege* Vænaſte. *pag. 101. dele hæc verba: Pluralis numeri tantum. pag. aſtenſum lege oſtenſum. pag. 160. Utunur lege Utuntur. pag. 161.* Skamtt *lege* Skamtad. *pag. 162. lege* Hieravid. *pag. 164. habetur* Jlla/Verr Veſt. *legendum* Jlla/Verr/Veſt. *Qvod ſi plura occurrerint errata, ea humaniſſimus Lector pro candore ſuo reſtituat qvæſo.*

A.D.



A. D.

GRAMMATICÆ ISLANDICÆ RUDIMENTA.

CAPUT I.

DE LITERIS.



Iteras lingua Islandica duplices habet: Veteres & Novas. Veteres Runer *dictas fælici ſucceſſu ac immortali cum nominis ſui gloria ab interitu & oblivione jam dudum vindicavit Celeberrimus* Wormius, *opere, cui titulum fecit, LITERATURA RUNICA. Qvò lectorem* Runarum *curioſum in præſenti amandamus. Novæ cum tota ferè Europa Islandis communes ſunt: multorum tamen ſeculorum decurſu ab ijsdem uſurpatæ; adeò ut non ſatis conſtet, qvandò earum uſus primùm invaluerit. Numerantur a. XXII. A, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, r, ſ, t, u, x, z,* þ.

Ex his XVII. sunt consonantes, B, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, r, s, t, x, z, þ. *Qvarum enunciatio Islandis eadem est, quæ cæteris Europæ populis: excepta ultima* þ, *qvam é Runico Alphabeto in hodiernum transtulerunt. Hæc enim duplicem habet sonum. Nam in fine dictionis posita, vel post vocalem in eadem Syllaba, valet d, Ex. g.* Naaþ Naad *gratia,* Maþur Madur *homo. In initio autem dictionum collocata valere videtur Hebræorum Thau. Sonat enim non prorsus Th, sed qviddam crassius cum sibilo qvodam qvasi Tsh. Qvæ pronunciandi ratio Britannis & Gallis hodieqvé non infreqvens est. Nomen olim habuit* þuß / *nunc* þorn *appellatur.*

De litera seu potius aspiratione H notandum, qvod eo nusqvam nisi in dictionum initiis Islandi utantur: nisi vox sit composita, ut upphaf *principium vel initium. Inveniuntur qvidem in qvibusdam manu scriptis Norvegicis consonæ in medio vocum aspiratæ. Ex. g. in L. Parent.* path er upphaf Lagha Varrha / *id est, hoc est initium legum nostrarum. Verum hanc scribendi rationem corruptius seculum introduxisse videtur. Cujusmodi citato L. plura leguntur à puriore antiqvitate aliena. Veteres, more Græcorum, tantum vocales aspirârunt, ut* haugur *tumulus,* hugur *animus &c. Moderni autem prætereà consonis L, N, R,*

præ-

præponunt H, ut hlaatur *risus,* hnøttur *globus,* hroosun *commendatio. Sic* Lutur *res,* Rutur *aries, item proprium Viri, veteribus absq; aspiratione pingebantur: at modernis cum aspiratione,* hlutur *&* hrutur. *Qvarta consonans apud Islandos biformis est, f, B. Posterior figura ubiq; in antiqvissimis codicibus obvia est: prior novitatem sapit. Variant etiam, in pingendo, aliarum formas; sed more, ut existimo, ab exteris desumpto.*

Duplas x & z aliundè in literaturam Islandorum irrepsisse existimo: Earum enim potestatem distinctis literis gs & ß, fuisse expressam notatamq; ex vetustissimis nostratium manuscriptis colligere licet.

Vocales sunt qvinqve: A, e, i, o, u.

Ex his, e, simplicem unicumq; habet sonum, qvalem e Germanorum Danorumq;. A, i, u, duplicem, longum & brevem. A longum prorsus ac Latinorum dypthongus Au effertur, ut haad *irrisio. Breve ut Latinorum vel etiam Danorum & Germanorum A, ut* matur *cibus. Sic i longum est in voce* frydur *elegans: Breve in* fridur *pax. U longo constat vox* sœ *putredo: Brevi* hlutur *res vel portio, & hoc mixtum qvendam ex u communi &* y *sonum obtinet. O triplex est: longum, breve, & brevissimum. O longum in vocula* goodur *bonus legendum: Breve in* forn *ve-*

tustus: Brevissimum medio qvodam tenore inter A & u enunciandum, ut Ond *anima.*

Qvamvis autem in pingendo, nullum inter vocalem longam & brevem discrimen vulgò faciant, cum natura & constructio vocum suopte ingenio id suppeditet; nos tamen, vitandæ confusionis ergo, in tradendis Linguæ Islandicæ rudimentis, longam à brevi geminata vocali distinguemus, hoc modo: Aa, ij, oo, uu. longas denotabunt: a, i, o, u, breves. Verum o brevissimum virgula tranversa (ø) à reliqvis secernet. Obiter heic notandum, qvod vocales longæ nunqvam in fine vocum ponantur, nisi voces sint monosyllabæ, aut ex monosyllabis compositæ.

Ex vocalibus inter se junctis fiunt
Dypthongi.

Dypthongos Islandi proprias agnoscunt tres: æ, au, & ei. Impropriam unam y. Æ & Au ita efferunt, ut utriusq; vocalis dypthongum Constituentis sonus audiri possit: Ex. g. ædur *vena, secus qvam faciunt hodiè Dani, qvi dypthongum æ per e exprimunt. Sic Au non ut Latini, sed ut Danorum modernorum ø Islandi efferunt, ut* Naud *calamitas. Ei vero & y communem consvetudinem seqvuntur, ut* Neid *calamitas,* ydur *viscera.*

CA-

CAPUT II.
DE DECLINATIONIBUS NOMINUM SIMPLICIUM.

PArtes orationis apud Islandos sunt octo. Qvatuor Declinabiles: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. Indecinabiles itidem qvatuor: Adverbium, Conjunctio, Præpositio & Interjectio.

Nomen est duplex: Adjectivum & Substantivum.

Circa utrumq; consideranda veniunt: Declinatio, Genus, Species, Figura, Numerus & Casus.

De Nominibus autem tam Adjectivis, qvàm Substantivis notandum, qvod pro sententiarum diversitate, diversimodè declinentur. Nam cum certam & singularem aliqvam rem qvasi digito demonstratam volumus, vocem simpliciter inflectimus, præposito articulo vel Pronomine demonstrativò, ut **Sa madur** iste homo, **þeß Mans**/ illius hominis. Qvoties autem de re aliqva in Communi sermo est, non præmisso, sed postposito Articulo voces declinamus, & qvidem ita, ut Articulus cum ipsa voce, cui postponitur, in unam dictionem coalescat, ut **madurenn er Skilnings hluttakare**/ homo est rationis particeps. Heic ad Nominativi Simplicis terminationem, **Madur** / adjicitur Pronomen demon-

monstrativum hann / Madurenn *qvasi* Madur hann. *Sic Genit.* Mansens *qvasi* Mans pess *vel* mans hans.

Hinc duplex nascitur Nominum Declinatio:

Simplex sive Nominum Simplicium, & Composita seu Nominum Compositorum.

Declinationem Simplicem voco, juxtà qvam voces non adjecto in fine articulo declinantur, ut Sa penne *calamus*, pess penna *calami*. *Compositam dico, ad cujus leges inflectuntur voces Articulo in fine auctæ, ut* Pennenn / pennans / Madurenn / Mansens.

De Declinationibus autem Nominum Simplicium, notanda sunt: 1. Articulus præponendus. 2. Ipsa Nominum inflexio.

Articulos, qvibus Islandi partim ad designanda Nominum genera, partim ad certitudinem aliqvam rei, excellentiamq; denotandam utuntur, è copiosissimo, qvod postea patebit, Pronominum penuario mutuantur. Undè nos hîc unum depromemus, qvod in seqventibus Nominum Declinationibus nostro inserviturum est usui. Estq; Sa / Su / Pad / *is, ea id. Declinatur autem hunc in modum:*

Singulariter.

	N.	G.	D.	A.	V.	Ab.
M.	Sa	pess	peim	pann		peim
F.	Su	peirrar	peirre	paa	pu	peirre
N.	Pad	pess	pui	pad		pui.

Plu-

Pluraliter.

	N.	G.	D.	Ac.	V.	Ab.
M.	Peir			paa		
F.	Pair	peirra	peim	pær	pier	peim
N.	Paug			paug		

Declinationes Nominum sunt qvatuor.

PRIMA DECLINATIO S.

Est Nominum Fœmininorum in A exeuntium, exceptis Monosyllabis in A longum finitis; Cujus Genitivus singularis semper terminatur in U breve, ut Kuinna fœmina, Genit. Kuinnu fæminæ

Paradigma Primæ Declinationis.

Singulariter			*Pluraliter*		
Nom.	Su	Kuinna	N.	Pær	Kuinnur
Gen.	Peirrar	Kuinnu	G.	Peirra	Kuenna
Dat.	Peirre	Kuinnu	D.	Peim	Kuinnum
Ac.	Paa	Kuinnu	A.	Pær	Kuinnur
Voc.	Pu	Kuinna	V.	Pier	Kuinnur
Ab. Af	Peirre	Kuinnu.	Ab. Af	Peim	Kuinnum.

Sic declinantur reliqva fæminina omnia in A.

Aska	Cinis.	Elska	Amor.
Bida	vas oblongum supernè acuminatum.	Eyga	Possessio
		Elia	Pellex
Bissa	Sclopetum bellicum.	Eysa	Cinis scintillans sive ignitus.
Bladra	tenuis membranula Spiritu incluso tumida.	Eymyria	Idem
Boola	furunculus, item bulla.	Fata	Hydria
		Freya	Rana
Bringa	Pectus.	Flaska	Lagena
Dingia	Acervus.	Frilla	Concubina
Dufa	Columba.	Fyssa	Lana pratensis
Drysa	Nivis descensus	Gnypa	Summitas rupis vel montis
Dyrska	Audacia.		

Giæsta

Giæſka	Benignitas
Græſka	Malignitas
Giæra	Pellis ovilla
Giora	Scrobs
Gridka	Ancilla
Gaata	Ænigma
Gata	Via
Gidia	Dea
Grenlægia	Vulpes
Geimſla	Cuſtodia
Grima	Capiſtrum
Glyma	Lucta
Giæfa	Bona fortuna
Hamingia	Idem
Haka	Mentum
Hella	Petra
Hetta	Capitis tegmen
Helia	Interitus
Hilla	Abacus
Hoora	Meretrix
Hæna	Gallina
Hæra	Cani
Hvida	Impetus
Hola	Specus
Hryſa	Raſtrum
Idia	Labor, ſedulitas
Ida	Vortex aqvæ
Kaapa	Pallium
Kueiſa	Febris
Kalda	Idem
Kertapypa	Candelabrum
Kiſta	Ciſta
Kuetra	Alea
Kuedia	Salutis nuncium
Kiſa	Felis
Kiæna	Navicula
Kiæra	Fæmina
Ledia	Lutum
Ligna	Stagnans aqva
Migla	Situs
Myla	Milliare
Negla	Stipamen navis
Orka	Vires
Pypa	Fiſtula
Pirla	Ahenum Exiguum
Pylſa	Farcimen
Pyla	Jaculum
Plaaga	Calamitas
Puta	Scortum
Peyſa	Indutium
Reka	Ligo
Reckia	Lectus
Ræna	Ratio
Reinſla	Experientia
Riſa	Rima
Riupa	Perdix
Reyſa	Iter
Ræda	Oratio
Rooa	Cauda
Soolſkyfa	Horologium ſolare
Skirta	Interula
Stulka	Puella
Stada	Statio
Steffna	Dica
Stiarna	Stella
Tooffa	Vulpes

Threya

Threya	Thorax	Versla	Aqva qvæ non congelatur.
Vinaatta	Amicitia		
Veitsla	Convivium	Ystra	Abdomen
Villa	Error	Poka	Caligo
Ugla	Noctua	Pootta	Transtrum
Veria	Armamentum	Puffa	Tumor terræ.
			Et id genus alia.

Observationes in Primam Declinationem.

OBSER. I.

SI in penultima Nominativi Singularis Syllaba fuerit A breve, mutatur in ø brevissimum in omnibus obliqvis singularis Numeri, & tam in obliqvis qvam rectis Pl. N, excepto Genit: qvi A Nominativi Sing: retinet, ut Kanna *Cantharus. G.* Kønnu/ *D.* Kønnu *&c. Nom. Plur.* Kønnur/ *G.* Kanna/ *D* Kønnum *&c. Sic* Amma *avia, G.* Ømmu. *Aliter se res habet cum Aa longo in penul. qvippè qvod invariatum in reliqvis Casibus ubiq; manet, ut* Saata *Ænigma, G.* Saatu.

II.

Genitivus Pluralis in nonnullis interserit N *ante A finale Nominativi Singul. ut* Dufa *columba, G. P.* Dufna. *Excipiuntur desinentia in* Na/ *ut* Nunna *Virgo vestalis, G. P.* Nunna/ lina *linea, G. P.* lina. *Et qvædam in IA, ut* Gryfia *fovea G. P.* Peirra grisia/ feria *navis vectoria G. P.* feria: *qvædam autem pro* J

recipiunt N/ *ut* Bilgia *procella*, G. Bilgna/ Silgia *ornamentum muliebre*, Silgna.

III.

Peculiare hoc habet nomen, Kuinna/ *qvod I penultimum Nom. Singul. in Gen. Plur. mutet in e, velut ex præmisso paradigmate liqvet. Qvam mutationem in reliqvis nusqvam observavimus. Non enim dicimus* Kestna *à Nom. Singul.* Kista *arca; Sed, retenta eadem vocali*, Kistna. *Sic* Skridna *non* Skredna *à* Skrida *ruina montis vel rupis.* Kona/ *qvod idem est ac* Kuinna/ *in utroqve N. regulariter flectitur, nisi qvod Genit. Pl. à cognato nomine*, Kuinna/ *mutuetur*, Kuenna.

SECUNDA DECLINATIO S.

Est Nominum Fæmininorum Genitivum Singularem in AR formantium. Complectiturq; qvindecim literas terminales: B, d, f, g, k, l, m, n, o, p, r, ſ, t, u, y, & monoſyllaba in A cum compoſitis; ut Vømb venter Vambar in Genit. S. Naad gratia Naadar/ Toff mora taffar/ Borg Civitas Borgár/ Skaak luſus latronum Skaakar/ Saal anima Saalar / Skømm ignominia Skammar/ Baun faba Baunar/ Kloo unguis Klooar/ Greip ſinus digitorum Greipar / Vør labrum Varar/ Droos fæmina Drooſar/ Ambaatt ancilla ambattar/ tru fides truar/ Mey Virgo Meyar/ & Aa amnis Aar

Paradigmata Secundæ Declinationis:

I, iu

I. in B.

Singulariter			Pluraliter		
N.	Su	Vomb	N.	Pær	Vamber
G.	Peirrar	Vambar	G.	Peirra	Vamba
D.	Peirre	Vomb	D.	Peim	Vombum
A.	Paa	Vomb	A.	Pær	Vamber
V.	Pu	Vomb	V.	Pier	Vamber
A.	Af Peirre	Vomb:	A.	Af Peim	Vombum.

Sic declinatur Vomb alicujus rei extensio &c.

II. in D.

Singulariter			Pluraliter		
N.	Su	Naad	N.	Pær	Naader
G.	Peirrar	Naadar	G.	Peirra	Naada
D.	Peirre	Naad	D.	Peim	Naadum
A.	Paa	Naad	A.	Pær	Naader
V:	Pu	Naad	V.	Pier	Naader
Ab.	Af Peirre	Naad.	Ab.	Af Peim	Naadum.

Sic declinantur reliqva in D, ut asynd aspectus.

Agyrnd	Avaritia	Framkuæmd	Executio
Anaud	Ærumna	Ferd	Iter
Bygd	Habitatio	Fremd	Res laude digna
Bidlund	Expectatio	Folld	Poet. terra
Dyrd	Gloria	Fylgd	Comitatus
Dygd	Virtus	Fegurd	Amænitas
Deilld	Lis	Giord	Opus, item cingulum
Daad	Virtus	Grund	Terra, fundus
Dælld	Terra subsidens	Girnd	Cupido
Digurd	Crassities	Grimd	Furor
Eimd	Miseria	Hrigd	Tristitia
Flærd	Falsitas	Hurd	Janua
Frygd	Libido	Hæd	Altitudo
Frægd	Heroica virtus	Hægd	Facilitas

Hind	Cerva	Saad	Granum
Kird	Tranqvillitas	Sigd	Falx
Lygd	Mendacium	Slood	Via in nive trita
Leyd	Via	Skeid	Cocleare
Lind	Aqva fontana scaturiens	Snylld	Elegantia
		Stund	Hora
Linkind	Commiseratio	Sylld	Halec
Lood	Proprietaria soli possessio	Strend	Ora maris
		Stod	Columna
Mærd	Eloqventia	Skaud	Res nihili
Mynd	Imago	Stigd	Offensio
Molld	Pulvis	Trigd	Virtus, fidelitas]
Mergd	Multitudo	Villd	Voluntas
Megurd	Macies	Vareigd	Cautio, prudentia
Nægd	Copia	Værd	Jucunda qvies
Neid	Angustia	Vegsemd	Honor
Naud	Malum	Vesolld	Miseria, Calamitas
Offund	Invidia	Þackargiord	Gratiarum actio
Olld	Seculum	Þingd	Gravitas
Reyd	Eqvitandi actus	Þægd	Beneplacitum,
Ryffd	Liberalitas		

Parad. III. in f.

Singulariter			*Pluraliter*		
Nom.	Su	Toft	N.	Þær	Tafter
Gen.	Þeirrar	Taftar	G.	Þeirra	Tafta
Dat.	Þeirre	Toft	D.	Þeim	Toftum
Ac.	Þaa	Toft	A.	Þær	Tafter
Voc.	Þu	Toft	V.	Þier	Tafter
Ab.	Af Þeirre	Toft.	Ab.	Af Þeim	Toftum.

Sic declinantur Giøf donatio, grøf sepulcrum, groof lacuna terræ, leyf reliqvum, Sleyf cocleare.

IV. in

IV. in g.

Singulariter.			Pluraliter.		
N.	Su	Borg	N.	Pær	Borger
G.	Peirrar	Borgar	G.	Peirra	Berga
D.	Peirre	Borg	D.	Peim	Bergum
A.	Paa	Borg	A.	Pær	Borger
V.	Pu	Borg	V.	Pier	Borger
Ab.	Af Peirre	Berg.	Ab.	Af Peim	Bergum.

Sic declinantur Biørg adjumentum, Døgg pluvia, laugbalneam, laag vallis, taug funiculus, taag vimen.

V. in k.

Singulariter.			Pluraliter.		
N.	Su	Skaak	N.	Pær	Skaaker
G.	Peirrar	Skaakar	G.	Peirra	Skaaka
D.	Peirre	Skaak	D.	Peim	Skaakum
A.	Paa	Skaak	A.	Pær	Skaaker
V.	Pu	Skaak	V.	Pier	Staaker
Ab.	Af Peirre	Skaak.	Ab.	Af Peim	Skaakum.

Sic declinantur Bleck truncus ligneus, Haunk funiculus in formam circuli colligatus, Kueik prima cerevisiæ materia, Ooſk votum &c.

VI. in L.

Singulariter			Pluraliter.		
N.	Su	Saal	N.	Pær	Saaler
G.	Peirrar	Saalar	G.	Peirra	Saalna
D.	Peirre	Sal vel Saalu	D.	Peim	Saalum
A.	Paa	Saal	A.	Pær	Saaler
V.	Pu	Saal	V.	Pier	Saler
Ab.	Af Peirre	Saal vel Saalu.	Ab.	Af Peim	Saalum.

Sic declinantur Duelmora, ſiel aſſer, holl aula, kuiſl particula fluvij vel amnis ſcaturiens, Mel ſpatium ſoli lapillis & ſcrupulis obſitum, Miøll can-

candida & recens nix non dum condensata, þysl passio, Skaal phyala, Ull lana &c.

VII. in M.

	Singulariter.			*Pluraliter.*	
N.	Su	Skømm	N.	Þær	Skammer
G.	Þeirrar	Skammar	G.	Þeirra	Skamma
D.	Þeirre	Skømm	D.	Þeim	Skømmum
A.	Þaa	Skømm	A.	Þær	Skammer
V.	Þu	Skømm	V.	Þier	Skammer/
Ab.	Af Þeirre	Skømm	Ab.	Af Þeim	Skømmum.

Sic flectuntur Vømm nævus, dedecus, Skalm genus ensis &c.

VIII. in N.

	Singulariter.			*Pluraliter.*	
N.	Su	Baun	N.	Þær	Bauner
G.	Þeirrar	Baunar	G.	Þeirra	Bauna
D.	Þeirre	Baun	D.	Þeim	Baunum
A.	Þaa	Baun	A.	Þær	Bauner
V.	Þu	Baun	V.	Þier	Bauner
Ab.	Af Þeirre	Baun.	Ab.	Af Þeim	Baunum.

Sic declinantur Boon & Bæn oratio, preces, Brun extremitas alicujus rei, Eign possessio, fønn nix condensata, grein ramus, item sententia, grøn labrum bovis superius, hvønn flos Angelicæ, høffn portus, Lausn redemptio, solutio, Ogn terror vehementissimus, Onn occupatio, Ogn mica, Orn aqvila, Raun experientia, item adversitas, Søgn fama & rumor vulgi, Spønn Spithama, Tønn dens, Tiorn stagnum seu lacus, von spes, vørn defensio, munitio, Run Runa.

IX. in O.

	Singulariter.			*Pluraliter.*	
N.	Su	Kloo	N.	Þær	Klær
G.	Þeirrar	Klooar	G.	Þeirra	Klooa
D.	Þeirre	Kloo	D.	Þeim	Kloom
A.	Þaa	Kloo	A.	Þær	Klær
V.	Þu	Kloo	V.	Þier	Klær
Ab.	Af Þeirre	Kloo.	Ab.	Af Þeim	Kloom.

Sic

Sic flectuntur floc pulex loo tomentum &c.

X. in P.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
N.	Su	Greip	N.	Pær	Greipar
G.	Peirrar	Greipar	G.	Peirra	Greipa
D.	Peirre	Greip	D.	Peim	Greipum
A.	Paa	Greip	A.	Pær	Greipar
V.	Pu	Greip	V.	Pier	Greipar
Ab.	Af Peirre	Greip.	Ab.	Af Peim	Greipum.

XI. in R.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
N.	Su	Bor	N.	Pær	Barer
G.	Peirrar	Barar	G.	Peirra	Bara
D.	Peirre	Bor	D.	Peim	Borum
A.	Paa	Bor	A.	Pær	Barer
V.	Pu	Bor	V.	Pier	Barer
Ab.	Af Peirre	Bor.	Ab.	Af Peim	Borum.

Sic declinantur For iter, Kor decubatio, Stor scabellum, Stor juncus.

XII. in S.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
N.	Su	Droos	N.	Pær	Droosér
G.	Peirrar	Droosar	G.	Peirra	Droosa
D.	Peirre	Droos	D.	Peim	Droosum
A.	Paa	Droos	A.	Pær	Droosér
V.	Pu	Droos	V.	Pier	Droosér
Ab.	Af Peirre	Dros.	Ab.	Af Peim	Droosum.

Sic declinantur Gaas Anser, Kraas epulum delicatum, Kruus Cullullus vel fidelia, Nos Nasus, Raas discursitatio, Roos Rosa, Pioos portio vel ceti vel alterius cadaveris partiti.

XIII. in

XIII. in T.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
N.	Su	Ambaatt	N.	Þær	Ambaatter
G.	Þeirrar	Ambaattar	G.	Þeirra	Ambaatta
D.	Þeirre	Ambaatt	D.	Þeim	Ambattum
A.	Þaa	Ambatt	A.	Þær	Ambaatter
V.	Þu	Ambaatt	V.	Þier	Ambaatter
Ab.	Af Þeirre	Ambaatt.	Ab.	Af Þeim	Ambattum.

Sic declinantur Aaſt amor, Braut via, Droott populus, Magt potentia, Naudþurfft neceſſitas, Riſt Crater, Soott morbus, Snoot mulier, Sueit populus, item provincia, Ætt Stemma.

XIV. in U.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
N.	Su	Truu	N.	Þær	Truur
G.	Þeirrar	Truar	G.	Þeirra	Truua
D.	Þeirre	Truu	D.	Þeirre	Truu
A.	Þaa	Truu	A.	Þaa	Truu
V.	Þu	Þu	V.	Þier	Truur
Ab.	Af Þeirre	Truu.	Ab.	Af Þeim	Truum.

Sic declinantur Bruu pons, Fruu matrona.

XV. in Y.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
N.	Su	Mey	N.	Þær	Meyiar
G.	Þeirrar	Meyar	G.	Þeirra	Meyia
D.	Þeirre	Mey	D.	Þeim	Meyium
A.	Þaa	Mey	A.	Þær	Meyiar
V.	Þu	Mey	V.	Þier	Meyiar
Ab.	Af Þeirre	Mey.	Ab.	Af Þeim	Meyium.

Sic declinantur Ey inſula, Eyar in G. &c.

Para-

Paradigma Monoſyllaborum in A.

	Singulariter			Pluraliter	
N.	Su	Aa	N.	Þær	Aar
G.	Þeirrar	Aar	G.	Simplici	caret
D.	Þeirre	Aa	D.	Þeim	Aam
A.	Þaa	Aa	A.	Þær	Aar
V.	Þu	Aa	V.	Þier	Aar
Ab. Af	Þeirre	Aa.	Ab. Af	Þeim	Aam.

Sic declinantur Giaa hiatus terræ, ſlaa mephytis, Raa antenna, item locus hypocauſti, telæ textoriæ deſtinatus.

Obſervationes in Secundam Declinationem.

OBSER. I.

QVoties Ø breviſs. in ultima Nom. Sing. occurrerit, mutatur in Genit. Sing. & Nom. Gen. Ac. & Vocat. Pl. N. in A. Breve, id qvod è Parad. hujus Declin. III. liqvidum evadit: N. S. Tøf/ G. Tafar. N. Plur. Taffer/ G. Tafa/ Ac. Taffer & V. Tafer. Sic Ønd anima Andar in G. S. & Ander in Nom. P. Excipe Ør telum, qvæ Ø in omnibus utriuſqve N. Caſib. retinet. Sed de hac vocula vide plura obſervatione VII. Fiødur calamus præter hanc mutationem Ø penultimi in a, etiam r anteponit terminationibus, ar, er, a, & um, ut G. Sing. fiadrar non fiadar/ (habet etiam invariatè fiødur) N. Pl. fiadrer G. fiadra/ Dat. fiødrum/ &c.

II.

Qvoties Dyphongus Au *præcedit terminationem* Ng, *mutatur in* Aa *longum in Gen. tàm Sing. qvàm Plur. ut* Staung *hasta, G.S.*Staangar/ *G.P.*Staanga / Spaung *lamina* Spaangar Spaanga / Taung *forceps* taangar/taanga. *Eadem in Nom. Ac. & Voc. Plur. mutatur vel in* Aa *ut* Spaanger / *vel in* ei *ut* Speingur/ teingur/ Steingur. *Utrumqve enim in usu est. Vide de his plura observat. VIII.*

III.

E *ante* L *mutatur in Genit. Sing. & N. G. & V. Plur. in* a *brevè, ut* Piel *lima* Pialar: Pialer/ Piala/ Pialer.

IV.

Oo *longum ante k,* t, *transit in dypthongum* æ *in N. A. V. Plur. ut* Book *liber* Bækur / Brook *bracca* Brækur/ Root *Radix* Rætur/Noot *Rete* Nætur. *His adde* glood *favilla* glædur. *Item* Mooder *Mater &* Dootter *filia, qvæ dypthongum* æ *etiam in Genit. Pl. retinent,* Mædra/ Dætra/ *Excipe desinentia in* geminũ t, *ut* Soott *morbus,* Droott *populus, in qvibus* Oo *invariatum in omnibus utriusqve numeri tàm rectis qvàm obliqvis manet. Idem eandem in fine, nulla seqvente consona, mutationem ibidem sustinet, ut* floo

pulex,

pulex, flær/ kloo *unguis* klær. *Excipe* kroo *taberna cerevisiaria & Stoo focus, qvæ N. A. V. Pl. formant adjiciendo ad* Oo *finale Nominativi singularis* R: *ut* Kroor/ Stoor. *Id qvod etiam monosyllabis in* Aa longum *solemne est, ut* flaa *Mephytis* flaar / giaa *biatus terræ* giaar/ Raa *locus vel angulus hypocausti telæ textoriæ destinatus* Raar. Loo *floccus, &* Roo/ *qvies, carent Plurali N.*

V.

Tria hæc: Ønd *anas*, Ørn *aqvila &* hønd *manus mutant* Ø *in* e *in N. Ac. & V. Plur. ut* Endur/ Ernur/ hendur / *qvanq; etiam* høndur *in usu est. In reliqvis primæ observationis ductum seqvuntur.* Ørn *antiqvis masculini generis habebatur.*

VI.

Desinentia in an *breve, terminationem* un *b. etiam admittunt, & vice versâ, ut* Andvarpan *vel* Andvørpun *suspirium (ubi nota qvoq; mutationem à penult. in* ø) Bodan *nuncius vel* Bødun / predikan *vel* predikun *concio*, Saurgan *vel* Saurgun *inqvinatio*, ylfran *vel* ylfrun *ejulatio*, Vingan *vel* Vingun *amicitia, favor*, Skiemtan *vel* Skemtun *oblectamentum. A Priore terminatione*, An, *formantur Nom. Genit. Ac. & Voc. Plur. ut* Andvarpaner / Andvarpana/ Andvarpaner / Andvarpaner. *A posteriore*, un, *Dativus &*

Abl. Plur. ut Andvørpunum. *Ab utraqve omnes obliqvi singulares, ut G.* Andvarpanar *vel* Andvørpunar *D.* Andvarpan *vel* Andvørpun *Ac. V. & Ab. idem. Genitivus tamen Singularis elegantius in* unar *finitur.*

VII.

Finita in ing, ung, *&* y *formant Nom. Ac. & Voc. Plur. in AR breve, ut* freisting *tentatio* freistingar/ hørmung *ærumna* hørmungar/ Mey *Virgo* Meyar. *His adde* Reim *ligula* Reimar/Naal *acus* Naalar/Dol *funiculus coreaceus* Dolar/ Aar *Remus* Aarar. Egg *acies,* Dregg *fex,* Naudsyn *necessitas, præterqvam qvod eosdem tres casus in* AR *faciunt, etiam* I *anteponunt terminationibus* ar, a, *&* um, *ut Genit. Sing. & Nom. Ac. & Voc. Pl.* Eggiar. *G. Pl.* Eggia *D. & Ab. Pl.* Eggium. *Sic* Dreggiar / Dreggia/ Dreggium/ Naudsiniar/ Naudsinia/ Naudsynium. Dr *jaculum ibidem* v *ponit* Drvar Drva. Lisur *jecur heic* R *interserit,* lifrar/ lifra/ lifrum. *Sic* Mædra Mædrum/ Dætra/ Dætrum/ Systra Systrum *à Nom. Sing.* Mooder/ Dotter/ Syster. *De qvarum vocum Genit. Sing. ut & Nom. Pl. vide obs. seq. ad num. 4.*

VIII.

Seqventia formant Nom. Ac. Voc. Plurales in ur:

1. Qvæ dypthongos æ & Au ante terminationem

Ng

Ng habent, *ut* Sæng *lectus* Sængur/Staung Steingur/ Spaung Speingur/ Taung Teingur.

2. Habentia oo longum antè finales, nd, K & T, *ut* hønd høndur *vel* hendur/ Ond *anas* Endur/ Kind *creatura* Kindur. Book/Bækur/Brook *bracca* Brækur/ Root rætur/Noot Nætur. Noott *nox, habet in Genit. Sing.* Nætur *vel* Naattar. *D.* Noott *vel* Noottu *vel* Naatt/ *Ac.* Noott/ *Voc.* Noott/ *Ab.* Noott/ Noottu *vel* Naatt. *Nom. Pl.* Nætur/ *G.* Naatta/ *D.* Noottum/ *Ac.* Nætur/ *Voc.* Nætur/ *Ab.* Noottum. Noot *rete habet Nom. Ac. & Voc. Plur. communes cum* Noott: *aliàs regulariter formatur. Ab hac Regula iterum excipiuntur in* t geminum *terminata*, *ut* Drootti Soott/ þroott/ *qvæ analogiam seqvuntur.*

3. Qvæ Dypthongum Ei vel ij longum habent ante K, finale *ut* Eik *arbor* Eikur/ Steik *assum* Steikur/ Bryk *sponda* Brykur / tyk *canicula* tykur / Vyk *sinus terræ* Vykur / flyk *lacera vestis* flykur. *His adde* Geit *capra* Geitur.

4. Cognationis Vocabula: Mooder/ Dootter/ Syster/ Mædur/ Dætur/Systur. *Et hæc Gen. Sing. etiam in ur anamalôs faciunt*, Doottur / Moodur/ Systur. *Id qvod etiam in* Mioolk *lac*, Mioolkur *in G. S. usus approbavit. Sed hæc vox uti apud Latinos, ita Islandos caret plurali numero.*

 IX. *Ano-*

IX.

Anomala sunt: ær agna, Kyr *vacca, qvæ sic declinantur: N. ær G.* Ærennar *vel* Aannar/ *qvod utrumqve compositionem sapit. Cæteros casus Sing. à vocula* Aa *amnis mutuatur, ut D. Ac. & Ab.* Aa *Nom. & Ac. Pl.* Ær/ *G.* Aanna. *D. & Ab.* Aam/ *itidem composité. Sic* Kyr/ *G.* Kuar/ *D. & Ac. & Ab* Kuu. *Nom. Ac. & Voc. Pl.* Kyr. *G.* Kuua/ *D. & Ab.* Kuum.

X.

Monosyllaba in U *Nom. Ac. & Voc. Plur. formant adjiciendo ad terminationem N. Sing.* R. Fruu *matronu facit* Fruur/ Bruu *pons* Bruur/ Truu *fides* truur.

XI.

Muus *mus &* Lus *pediculus N. A. & V. Pl formant in* ijs, Mys/ Lys. Brun *palpebra ibidem facit* Bryr. *Reliqva qvæ his observationibus non comprehenduntur, præmissorum Paradeigmatum amussim seqvuntur.*

TERTIA DECLINATIO S.

Est Nominum Masculinorum & Neutrorum in, d, l, n, r, s, x. & Neutrorum saltem in b, e, f, g, i, k, m, o, p, t, u finitorum. Hujus Genitivus Singularis regulariter terminatur in S, ut: Sa GUd Deus GUds/ Pad Blad folium Blads/ Sa Fugl avis Fugls/ Pad hiol rota hiols/ Sa hraffn Corvus hraffns/ Pad Bein Os Beins/ Sa Hestur Eqvus Hests/ Pad Haar Crinis Haars/ Sa Bas Stabulum boum Báß/ Pad Glas Vitrum Glaß/ Sa Lax Salmo Laxs/ Pad Fax Juba Faxs. Sic Pad Lamb Agnus Lambs/ Sæde Semen Sædis/ Haff Pelagus Haffs/ trog linter

ter trogs / hey fænum heys / Bak tergum Baks/ Kaam macula Kaams/ hroo lacera res hroos/ Skip navis Skips/Spiot hasta Spiotß/Bu res familiaris Buß.

Paradigmata Tertiæ Declinationis:

I. in D, Masculinum.

Singulariter.			Pluraliter.		
Nom.	Sa	Gud	N.	Peir	Guder
Gen.	Peß	Guds	G.	Peirra	Guda
Dat.	Peim	Gude	D.	Peim	Gudum
Ac.	Pann	Gud	A.	Paa	Gude
Voc.	Pu	Gud	V.	Pier	Guder
Ab. Af	Peim	Gude.	Ab. Af	Peim	Gudum.

II. in D. Neutrum.

Singulariter.			Pluraliter.		
N.	Pad	Blad	N.	Paug	Blød
G.	Peß	Blads	G.	Peirra	Blada
D.	Pui	Blade	D.	Peim	Blødum
A.	Pad	Blad	A.	Paug	Blød
V.	Pu	Blad	V.	Pier	Blød
Ab. Af	Pui	Blade.	Ab. Af	Peim	Blødum.

Ad hunc fermè modùm declinantur reliqva
Neutra in D.

Bad	Balneum	Graad	Maculæ.
Band	Ligamen	Haad	Irrisio
Bard	Extremitas rei	Hafalld	Filum grossum
Blood	Sanguis	Halld	Manubrium
Bod	Nuncius	Hlad	Platea
Bragd	Deceptio	Hliood	Vox, sonus.
Braud	Panis	Hoffud	Caput
Flagd	Monstrum	Jood	Fœtus
Fliood	Mulier Poët.	Keralld	Vas
Flood	Aqvarum inundatio, accessus maris.	Land	Terra

Laad

Laad	Solum	Sprund	Fæmina
Lood	Glans	Sod	Jus culinare
Mord	Cædes clandestina	Stood	Eqvi admissarij &c. e. qvæ, qvæ ad faciendum genus aluntur.
Nyd	Rejectanea, contumelia.		
Ord	Verbum	Stryd	Bellum
Rod	Cuticula piscium	Sverd	Ensis
Skaalld	Poëta	Tad	Excrementum aridum.
Spad	Opsonium		
Spialld	Tabula	Vad	Vadum.

III. in L. Mascul.

Singulariter			*Pluraliter.*		
N.	Sa	Fugl	N.	Peir	Fuglar
G.	Peß	Fugls	G.	Peirra	Fugla
D.	Peim	Fugle	D.	Peim	Fuglum
A.	Pann	Fugl	A.	Paa	Fugla
V.	Pu	Fugl	V.	Pier	Fuglar
Ab. Af	Peim	Fugle.	Ab. Af	Peim	Fuglum.

Sic declinantur Afl fornax, Gabl terminus, Jaxl dens molaris, Vagl trabs, &c.

IV. in L. Neutrum.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
N.	Pad	Hiool	N.	Paug	Hiool
G.	Peß	Hiols	G.	Peirra	Hioola
D.	Pui	Hioole	D.	Peim	Hioolum
A.	Pad	Hiool	A.	Paug	Hiool
V.	Pu	Hiool	V.	Pier	Hiool
Ab. Af	Pui	Hioole.	Ab. Af	Peim	Hioolum.

Sic declinantur.

Baal	Incendium	Brixl	Exprobratio
Beisl	Frænum	Drægsl	Novitia
Briaal	Affectatio	Fall	Casus

Fiall

Fiall	Mons	Ol	Cerevisia
Fist	Demens	Nagl	Lentum iter
Fool	Iracundus	Stil	Distinctio, cognitio.
Fell	Acclivitas	Strimsl	Monstrum
Gall	Fel	Sel	Mappalia
Gagl	Mulier nauci & nihili	Svingl	Vertigo
Gil	Hiatus montium	Spil	Lusus
Gool	Ululatus	Tagl	Cauda eqvina
Hagl	Grando	Taal	Deceptio
Hel	Lethum	Troll	Gigas
Jel	Nimbus	Tungl	Luna
Kall	Vocatio, Clamor.	Viel	Cauda avis
Kol	Carbo	Pil	Sponda
Miel	Far	Pol	Patientia, tolerantia.
Maal	Sermo, loqvela		

V. in N. Mascul.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
N.	Sa	Hrafn	N.	Peir	Hrafnar
G.	Peß	Hrafns	G.	Peirra	Hrafna
D.	Peim	Hrafne	D.	Peim	Hrofnum
A.	Pann	Hrafn	A.	Paa	Hrafna
V.	Pu	Hrafn	V.	Pier	Hrafnar
Ab. Af	Peim	Hrafne.	Ab. Af	Peim	Hrofnum.

Sic declinantur:

Aan	Defectus	Svefn	Somnus
Daun	Odor	Stafn	Prora vel puppis
Daan	Servus	Teirn	Lamina
Kompaan	Sodalis	Turn	Turris
Offn	Fornax	Vagn	Currus
Sveinn	Puer, minister	Porn	Fibula
Steirn	Lapis		

VI. in N. Neutrum.

Singulariter.			Pluraliter.		
N.	Þad	Bein	N.	Þaug	Bein
G.	Þeß	Beins	G.	Þeirra	Beina
D.	Þui	Beine	D.	Þeim	Beinum
A.	Þad	Bein	A.	Þaug	Bein
V.	Þu	Bein	V.	Þier	Bein
Ab. Af	Þui	Beine.	Ab. Af	Þeim	Beinum.

Sic declinantur:

Aakarn	Acus *aceris*	Laatun	Æs
Bann	Damnum, excommunicatio	Loon	Stagnum
Barn	Infans puer vel puella	Magn	Vires, robur,
Fen	Puteus	Nafn	Nomen
Gagn	Utilitas	Raan	Spolium
Horn	Cornu, angulus	Ragn	Maledicentia
Jaarn	Ferrum	Regn	Pluvia
Kaun	Ulcus	Safn	Collectio
Korn	Fruges	Skinn	Pellis
Kotun	Gossypium	Skryn	Scrinium
Laan	Mutuum, fortuna	Talkn	Branchiæ Cetorum
		Vopn	Arma.

VII. in R. Mascul.

Singulariter.			Pluraliter.		
N.	Sa	Hestur	N.	Þeir	Hestar
G.	Þeß	Hests	G.	Þeirra	Hesta
D.	Þeim	Heste	D.	Þeim	Hestum
A.	Þann	Hest	A.	Þaa	Hesta
V.	Þu	Hestur	V.	Þier	Hestar
Ab. Af	Þeim	Heste	Ab. Af	Þeim	Hestum.

Sic declinantur,

Arngeir	Lancea	Arffur	Hæreditas
Askur	Vasculum	Attungur	Sp. Mensuræ

Ba-

Bæklingur	Libellus
Brandur	Titio, item gladius *Poët.*
Baukur	Lagena
Dagur	Dies
Dalur	Vallis
Domur	Judicium
Duergur	Pumilio, nanus
Draugur	Spectrum
Dreingur	Famulus
Draumur	Somnium
Dinckur	Fragor
Elldur	Ignis
Fiſkur	Piſcis
Floor	Cloaca
Fauſkur	Lignum aridum
Fontur	Baptiſterium
Fiordungur	Qvadrans *vel* Qvarta pars.
Faakur	Eqvus *Poët.*
Færleikur	Jumentum
Froodleikur	Eruditio
Fleigur	Cuneus
Gridungur	Taurus
Gomur	Palatum
Gripur	Armentum
Gieſtur	Hoſpes
Glerungur	Solum glacie rigens.
Glæpur	Scelus
Gickur	Scurra
Gardur	Agger
Glopur	Stultus
Gammur	Draco
Gaddur	Clavus ingens
Halmur	Paleæ
Hattur	Pileus
Hagur	Conditio
Hvalur	Balæna, cetus
Hundur	Canis
Hamur	Exuviæ
Hrutur	Aries
Hvolpur	Parvulus Canis
Hnyffur	Culter
Hialmur	Galea
Haaleiſtur	Soccus
Hoffrungur	Delphinus
Hriggur	Dorſum
Haugur	Tumulus
Hooffur	Ungula eqvina
Jalkur	Qvod groſſum eſt
Kuedlingur	Rithmus
Kalffur	Vitulus *vel* vitula
Kambur	Pecten
Klettur	Rupes, Cautes,
Kaleikur	Calix
Koppur	Matula
Kongur	Rex
Kroppur	Corpus
Kidlingur	Hædus
Kolffur	Crotalus
Kiafftur	Os, *de beſtijs dicitur.*
Kueikur	Lychnus
Latungur	Homo ſuperbiens
Laupur	Scrinium, qvo lanifices lanam ſervant.
Leikur	Ludus

Liuflingur	Dæmon ſubternaneus mitis	Reidingur	Ephippium, dorſuale
Maagur	Affinis	Reikur	Fumus
Munnur	Os (*ris*)	Reikaſſur	Fornax
Madkur	Vermis	Reikningur	Rationes
Nyſlungur	Rex *Poëti*	Reitur	Spatium ſoli
Nidur	Suſurrus	Raſſtur	Lupus, furioſus
Oddur	Mucro	Stryppur	Nudus homo
Pilltur	Puer	Skutur	Puppis
Pittur	Puteus	Sylungur	Trutta
Preſtur	Paſtor	Sloppur	Album
Peningur	Pecunia	Stormur	Tempeſtas
Punctur	Punctum	Tarffur	Taurus
Pſalmur	Pſalmus	Titlingur	Avicula
Riffur	Lignum tranſverſum, cui telam textores appendunt.	Vargur	Furioſus
Reſtungur	Aper marinus	Ulffur	Lupus
Reffur	Vulpes	Pioffur	Fur
		Proſtullodur	Limen &c.

Qvibus tamen ſi qva ineſt varietas, obſervationibus monebitur.

Parad. VIII. in R, Neutrum.

Singulariter			*Pluraliter*		
N.	Pad	Haar	N.	Paug	Haar
G.	Peſs	Haars	G.	Peirra	Haara
D.	Pui	Haare	D.	Peim	Haarum
A.	Pad	Haar	A.	Paug	Haar
V.	Pu	Haar	V.	Paug	Haar
Ab. Af	Pui	Haare.	Ab. Af	Peim	Haarum.

Sic declinantur:

Aar	Annus	Dyr	Animal brutum
Ber	Bacca	Faar	Periculum, Inſania
Bur	Promptuarium	Far	Itio, *Item* navis *Poët.*

Flau=

Flaustur	Navis Port.	Ledur	Coreum
Gler	Vitrum	Nelldur	Murmur
Haar	Crinis	Par	Par
Hreidur	Nidus	Skier	Scopulus
Ilfur	Ejulatio	Spor	Veſtigium
Kier	Vas	Sumar	Æſtus
Kuer	Libellus	Ver	Ver
Lær	Femur	Por	Audacia.

IX. in S. Maſcul.

	Singulariter			Pluraliter	
N.	Saa	Baas	N.	Peir	Baaſar
G.	Peß	Baaß	G.	Peirra	Baaſa
D.	Peim	Baas	D.	Peim	Baaſum
A.	Pann	Baas	A.	Paa	Baaſa
V.	Pu	Baas	V.	Pier	Baaſar
Ab. Af	Peim	Baas	Ab. Af	Peim	Baaſum.

Sic declinantur:

Aas	Lignum oblongum	Krans	Corolla
Dans	Choreæ	Koß	Oſculum
Daus	Clunis	Kroß	Crux
Fans	Impedimenta	Laas	Sera
Feß	Cataracta	Meis	Inſtrumentum ligneum qvo fænum portatur
Grys	Sucula	Os	Oſtium fluviorum
Glans	Splendor	Raß	Culus
Haus	Caput	Is	Glacies
Hnaus	Ceſpes	Puß	Gigas
Hals	Collum		

X. in S. Neutrum.

	Singulariter.			Pluraliter.	
N.	Pad	Glas	N.	Paug	Gløs
G.	Peß	Glas	G.	Peirra	Glaſa
D.	Pui	Glaſe	D.	Peim	Gløſum

 A. Pad

A.	Þad	Glas	A.	Þaug	Glos
V.	Þu	Glas	V.	Þier	Glos
Ab.	Af Þui	Glase.	Ab.	Af Þeim	Glosum.

Sic declinantur:

Eß	Veredus *Poët.*	Gras	Gramen
Fios	Bovile	Huus	Domus
Flangs	Insultatio	Lioos	Lux
Flas	Præcipitatio	Pills	Vestis muliebris
Flis	Cachinnatio	Skaß	Mulier Impudica
Glis	Levis	Vos	Pustula

Parad. XI. in X Masculinum.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
Nom.	Sa	Lax	N.	Þeir	Laxar
Gen.	Þeß	Laxs	G.	Þeirra	Laxa
Dat.	Þeim	Laxe	D.	Þeim	Lexum
Ac.	Þann	Lax	A.	Þaa	Laxa
Voc.	Þu	Lax	V.	Þier	Laxar
Ab.	Af Þeim	Laxe.	Ab.	Af Þeim	Lexum.

XII. in X, Neutrum.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
N.	Þad	Fax	N.	Þaug	Fex
G.	Þeß	Faxs	G.	Þeirra	Faxa
D.	Þui	Faxe	D.	Þeim	Fexum
A.	Þad	Fax	A.	Þaug	Fex
V.	Þu	Fax	V.	Þier	Fex
Ab.	Af Þui	Faxe.	Ab.	Af Þeim	Fexum.

Sic declinantur: Fex vulpes, Vax Cera, &c.

XIII. in B. Neutrum.

Singulariter.			Pluraliter.		
N.	Pad	Lamb	N.	Paug	Lemb
G.	Peß	Lambs	G.	Peirra	Lamba
D.	Pui	Lambe	D.	Peim	Lembum
A.	Pad	Lamb	A.	Paug	Lemb
V.	Pu	Lamb	V.	Pier	Lemb
Ab.	Af Pui	Lambe.	Ab.	Af Peim	Lembum.

Sic declinantur: Drabb Nugæ, Dramb superbia Kvabb freqvens & tædiosa petitio, Rabb nugamentum, Pamb/tentigo, &c.

XIV. in E. Neutrum.

Singulariter			Pluraliter		
N.	Pad	Sæde	N.	Paug	Sæde
G.	Peß	Sædis	G.	Peirra	Sæda
D.	Pui	Sæde	D.	Peim	Sædum
A.	Pad	Sæde	A.	Paug	Sæde
V.	Pu	Sæde	V.	Pier	Sæde
Ab.	Af Pui	Sæde.	Ab.	Af Peim	Sædum.

Sic declinantur:

Ede	Mos	Gillde	Convivium, pretium.
Bæle	Lectus, recubatio	Hneppe	Qvantum brachiorum amplexu includi potest.
Bræde	Furor	Innsigle	Sigillum
Brine	Cos	Keyre	Lorum
Dæle	Vallis	Klæde	Vestis
Efne	Materia	Knie	Genu
Eple	Pomum	Kuæde	Cantilena
Enne	Frons	Liene	Lamina
Erende	Negotium, *item* versus	Mitte	Medium hominis
Enge	Pratum	Millte	Splen.
Fæde	Pabulum	Merke	Signum
Fære	Funis	Niste	Ornatus muliebris
Fræde	Informatio		

Nifte

Rikte	Fama	Hann Giordist Vargur i Vie. Om/ Kialnesinga Saga/ Violavit seu exuit sacramentum.	
Ræse	Cuniculus, seu incile		
Sæte	Sedes		
Spie	Ludibrium	Vielinde	Gula
Snære	Restis	Vige	Munimentum
Skiæde	Materia calcei	Veske	Scrinium, pixis,
Sinne	Affectus	Virke	Vallum
Trie	Lignum	Vellde	Potentia
